

N. 91.

A. D. 1323

(5 ottobre; Indiz. VI)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Robertus de Peregrino not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,32; larg. m. 0,23 e mezzo.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Col consenso di <i>Iohannes</i> fratello e di <i>Cita Iohanna</i> , <i>Cita Pasca</i> e <i>Stephania</i> , sorelle, si esegue la volontà di <i>Pascalis de Prothomagistro</i> e si concede a <i>dompnus Marinus Rossellus</i> , <i>vicarius Francisci de Marra Archipresbiteri barolitani</i> , la casa, messa <i>in litus maris</i> , per parte del Capitolo di S. Maria.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno (*in maiuscola*) ab Incarnatione domini nostri iehsu christi Millesimo Trecentesimo vicesimo tertio Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum Anno Quartodecimo. Mense octobris die quinto eiusdem sexte Inditionis apud barolum. Nos Iohannes de umfredo regalis Baroli Iudex, Robertus de peregrino puplicus eiusdem terre notarius et testes subscriptiliterati *etc.* fatemur quod prescripto die in nostri presentia Constituti Iohannes de prothomagistro frater cita Iohanna relicta Mathei de padula, cita pasca relicta Nicolai de Guarnerio et Stephania uxor francitelli dicti Candilerii sorores et heredes qd. Pascalis de prothomagistro barolitani cives asseruerunt coram nobis dictum qd. pascalem fratrem eorum inter cetera in testamento per eum sollepniter condito contenta legasse ecclesie Sancte Marie de episcopio de Barolo domum unam suam sitam in pictagio Sancte Marie iuxta domum franci de Riso iuxta litus maris iuxta viam puplicam et alios confines. Ita tamen quod clerici dicte ecclesie anno quolibet in perpetuum teneantur facere anniversarium pro anima dicti Pascalis propter quod volentes legatum ipsum executioni debite demandare *etc.* in nostri presentia predicti Iohannes frater *etc.* ipse mulieres prius a me predicto Iudice legatiter inquisite et absolute in tota huius scripti continentia ipsa cita Iohanna cum consensu et auctoritate Nicolai filii et legiti mundualdi sui ipsa cita pasca cum consensu et auctoritate palmerii et goffridi filiorum et legitimorum mundualdorum suorum et ipsa Stephania cum consensu et auctoritate Mathei filii et legitimi mundualdi sui auctoritatem et consensum potestatem sibi dicto francitello patre et legitimo administratore suo voluntarie dederum tradiderunt et assignaverunt Russello clerico eiusdem ecclesie vicario domini Francisci de Marra archipresbiteri barolitani nomine et pro parte ipsius archipresbiteri et dompno Matheo clerico eiusdem ecclesie *etc.* In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi ego predictus clericus puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Umfredo q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego Palmerius de cantore testis sum.

† Iohannes Angeli russi puplicus Baroli not. testatur.

Notitia testium:

Petrucius filius vicarii Iohannis angeli russi et fanellus Iudicis Iohannis,